



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Cornelii Iansenii Episcopi Iprensis Avgvstinvs**

In quo hæreses & mores Pelagij contra naturæ humanæ sanitatem,  
ægritudinem & medicinam ex S. Augustino recensentur ac refutantur

**Jansenius, Cornelius**

**Lovanii, 1640**

16. Synopsis de prædictis defectibus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13650**

negabant, quasi naturæ ipsius sub earum pondere gementis, voces velut maris fremitum possint vel negando tollere vel clamando superare. Constans enim eorum vox fuit: Parvulus nec in anima nec in carne ullum habet malum: unde pervicaciæ eorum obstitens Augustinus: *Profecto istas omnibus apertas a parvulis incipientes humana vitæ miseras, cum suis deceptoribus non negaves, sed inde in eas collapsa sit nostræ a natura cum Catholicis doctoribus diceres. Et irrædens stultam illam negandi res apertissimas pervicaciæ, hæc autem mala parvulorum, inquit, non ea quæ habere negatur a vobis, sed quæ perpeti cernuntur*

*Lib. 1. oper. imperf. cont. Jul. f. 28.*

*Ibid. f. 96.*

*Lib. 3. cont. Jul. c. 3.*

*ab omnibus nobis, tu prætermittis omnino nec respicis: ex patris tibi viri discretissimi & exercet ingenium ac linguam tuam in laude nature. Negabant igitur miseras illas parvulorum, non quasi nullo earum sensu eos tangi dicerent, quod ipsa experientia convincente fateri cogebantur, sed quod eas perinde ut mortem omnium miseriarum terribilissimam, non esse mala et supra diximus, sed neutra vel adïaphora, cum Stoicis sentirent. Quo sensu Augustinus dixit humanam naturam habere Pelagianos malorum suorum negatores.*

*Lib. 4. ad Bonif. 1.*

Synopsis de prædictis defectibus.

CAPUT XVI.

**P**ORRO de omnibus illis quos recensimus humanæ naturæ defectibus ac vulneribus definitiva eorum sententia fuit: *quod peccatum Adæ ipsius solum laeserit & non genus humanum. Nam quamquam post Pelagij in Palestina Synodo damnationem aliquam generis humani laesionem Adæ peccato factam esse faterentur, ea tamen imitationis dumtaxat, non propriæ actionis in sensu eorum fuit. Quam pestilentissimam opinionem inde potissimum vel hauserant vel persuadere nitebantur, quod nulli illorum vulnere Christi baptismus & gratia in ista vita mœretur. Auci eorum de morte ratiocinationem: Si primi hominis peccato factum est ut moreremur: Christi adventu feret ut credentes in eum non morerentur. Et addunt quasi rationem: Neque enim prævaricatoris transgressio plus nobis nocuit, quam incarnationis vel redemptionis profuit salvatoris. Sed exteris viribus hoc agit instantissime Iulianus: Si Adam præter voluntatis opera ipsius natura instituta subvertit, nihil debuit magis Christus quam ea que ab illo fuerant elisa reparare. his videlicet vestigijs, quibus ille subruerat, id est, & in nuptijs baptizatorum neutquam sentiretur libido, nec eodem modo quo etiam ceterarum gentium genitalia moverentur, recederet postremo post domini gratiæ coeuntium pudor, nec iret per membra quævis imitatio nec pateretur sensu severa dilectio, liberum postremo baptizatis redderetur arbitrium; imo genus nec mortales qui sacra-*

*Lib. de gestis Pelag. c. 1. & ult.*

*Lib. contra Jul. c. 5.*

*Lib. 2. de peccat. & remissio. 33.*

*Lib. 3. oper. imperf. cont. Jul. f. 292. & seq.*

*mentis imbuuntur esse deberent. Si enim pagnat mediat a cum vivere, & mors peccato dicitur accidisse ablationem mortis an otio peccati dicitur, & c. Et infra perficiens argumenti cursum: Ver. nihil horum quæ diximus, baptizatorum cessat evenire corporibus. Non potest autem aliter, id est, nisi adhibuisse quam vis in educta mori, & v. r. r. confutandum tibi est, aut illa que prius enunciarimus accidisse peccato, & idæo nec vulnere fuisse naturæ constat ratio gratia, per quam manifestum est illi de sui ordinis morte non esse: aut certe negandum in mysterijs Christi, quæque esse medicina qui de tot secundum rem r. v. ne unum quidem sanare poterit. Et breviter glomeratimque alibi: Si aliquid in moribus genitalium, in sensibus coeuntium, in obscenitate membrorum, in infelicitate naturalium antiquum crimen effecerat, immutationem horum quæ diximus, remedia contulissent, aliqui grande et stimulum imbecilla ætate, nihil nec profutura, nec locum ægritudine invange, & languentibus, everisque naturalibus, inerta fomenta voluntatibus admovisse. Vbi sub infelicitate naturalium, quam ita in sensu Augustini non suo nuncupat, omnes reliquas sive mortis sive corporalium ægritudinum atque afflictionum, sive animi perturbationum miserias, cum quibus omnes obnoxij nascimur, comprehendit. Et hæc de vulneribus quæ naturæ humanæ negant per peccatum Adami esse inflicta sufficiant.*

*f. 344.*

De statu nascentium. Omne malum ab eo remouent.

CAPUT XVII.

**N**ON c paucis tangendum, in quo statu parvulos ex Adamo nasci putent. Solemnis Pelagianis consuetudo fuit, parvulorum integritatem magnificis elogijs prædicare, quibus vel mala ab eis tollerent, vel bona tribuerent; eaque sive naturæ, sive morum. De singulis aliquid delibandum est.

Ex eadem massa omnes creatos esse parvulos

*liberos libentissime confitentur, hoc enim veluti scuto se protegunt, contra illam divinæ prædestinationis discretionem, ex qua necessario duas hominum massas sive naturas unam bonam alteram malam in Catholicorum opinione sequi credunt, quarum alteri salus, alteri damnatio ex necessitate deberetur. Hinc illa eorum apud Augustinum objectio, unumquod ergo hominum natura due sunt? contra quos alibi idem*

*Lib. de dono perf. c. 8.*

*Lib. 1. oper. imperf. f. 195.*